

Reubarbari puluerisati ʒ iij.

Pulueriscentur omnia & apponantur circa vltimam decoctionem, & si volueris facere formam solidam, decoq; ad perfectam decoctionem, deinde fiant rotule pōdere ʒ iij. & de his fumatur vna aut vna cum dimidia, aut plus aut minus secundū tolerantia virtutis & pro vt euacuabitur, & hæc iudicabit excellētis. medicus præsens, Si vero fieri volueris formam electuarij liquidi, addatur in media decoctione diaprunis simplicis ʒ vj. & fiat electuariū cum iisdē pulueribus supra dictis secundū artem.

R. Corallorum rubeorum }  
Margaritarum } añ ʒ iij.  
Rosarum rubeorum }  
Sandalorum citrinorum }  
alborum & rubeorum } añ ʒ j. s.  
Gariophilorum }  
Nucis muscatæ } añ ʒ s.  
Thymi }  
Zinziberis } añ ʒ j.  
Anisorum }

Cubebarum optimarum ʒ j.

Pulueriscentur omnia per se deinde misceantur & cum aqua rosacea & zuccaro albo fiat confectio in rotulis drachmarum duarum pōdere, sumat rotulam vnam hora vna ante cibum mane & vesperi.

*Requero à Vvachtendunck splenetico, pro curatione hæc ordinata. ad Consil. XX.*

R. Specierum hieræ ʒ ij.

Electuarij lenitiui ʒ j. Misce cum zuccaro fiat bolus fumat iij. horis ante prandium.

R. Syr. de Absynthio }  
Oxymellis squillitici } añ ʒ j.  
Aquæ endiuicæ ʒ iij.

Misce pro vno & sic pro alijs vsq; ad 9. Cōquebatur de caliditate renū insit inungi in frigiditate Galeni, vel lacte vaccino: si vt conquerebatur vnguento nimium constringerentur meatus & vapores non exhalare possent, atq; adeo locus magis inflamaretur. Misit etiam sanguinem.

R. Floris casisæ ʒ j.

Cinnamomi optimi ʒ s.

Agarici præparati ʒ ij. Misce cū zuccaro fiat bolus. post hoc aliquot diebus zuccarum rosatum accepit, sed quia nōdum erat tempus thermarum ordinavit sequentem potum, ad ampliorem præparationem & coctionem.

R. Polypodij }  
Radicum liquiritiæ } añ ʒ iij.  
Foliorum farfaræ M. iij.  
Iuiubarum pinguium Num. xx.

Decoquantur omnia simul in. f. q. Aquæ scabiose ad consumptionem tertie partis, & facta diligenti expressione seruetur decoctū de quo bibat ʒ ij. singulis vicibus adiecta ʒ j. zuccari. Bibit hoc decoctum totum, postea quia conquerebatur de ventriculo & ructibus, diatriopipereon ordinavit quo

A interdum vteretur donec ad thermas tempus foret idoneum. Postea assumpto iterum lenitio superiori ad thermas accessit & bibit aquas vt fieri solet per dies 13. quas etiam accepit quinquies licet sine consulto Montani. Reuersus cum nihilominus sentiret priores affectus voluit vt habita diligenter ratione victus, non faceret aliud quam vt inungeret regionem splenis cum suo linimento pro splene composito. & mane singulis diebus biberet duo cochlearia aceti squillitici quatuor horis ante prandium, & subito post etiam obambulet festinet vel currat etiam vsq; ad sudorē exclusiue postea quiescat in loco sine ventis. Idem cuidam alteri splenetico ordinavit sed acetum voluit syrupsari vt facilius acciperet. Per caniculares quieuit ab omnibus & quia bis copiose vomerat, postea Motanum iterum accessit, qui consuluit vt pro euacuatione & roboratione ventriculi bis in septimana masticaret & deglutiret reubar. ʒ j. diebus vero intermediis pro incidenda materia viscosa biberet vel acetum squilliticum vel (quia ab eo abhorrebat) oxymel multæ acetositatis, seruata præ omnibus bona victus ratione.

*Complementum pro puero laborante debilitate ventriculi, de quo consilium XXI.*



Ver ille cum sumpsisset pillulam, primo vnam de aloë simplici & aliquot etiam alias ex aloë & rhabarbaro, satis commodè ab ijs purgatus est, donec materia quæ in ventriculo & intestinis continebatur euacuaretur, ea remota cum nihilominus quarto quoque die vnam sumeret, aluum nihilo læuiorem sensit. Cuius rationem dixit Montanus, quod in ventriculo & intestinis materiam tantum reperiret & ad aperiendas obstructions sola non sufficeret, casia exhibita eduxerat plus, cuius rationem dixit Montanus, quod ob nimiam lubricitatem ita resoluat ventriculum vt non satis contineat & ita cruda & inconcocta educit. Quia febris etiam superuenit quæ tantum leui rigore inuadebat quotidie, perdurante calore ad 3. horas. Vocatus D. Montanus videns primò colorem faciei & totius corporis album, ventriculi debilitatem statim arguebat, quod color corporis vt & Gal. testatur dominium humorum in corpore abundantium ostenderet, nisi in interioribus sese cōtineant humores, quod raro fit vt ait Gale. dicebat igitur ventriculum debiliorem, ac plurimum pituitæ in eo corpore generari, quod etiā pulsus testabatur qui debilis erat, oppressa virtute ex nimia vi pituitæ. Tangens deinde ventrem, circa ventriculi regionem & in utroque latere maximè vero in dextro, tensiones percepit, ita vt cum in dextro commodius tangeret, gurgitationem aliquam manifesto sentiret. Puer ipse in dextra præcipuè parte capitis dolorem & etiam aurium tinnitum sentiebat. Urinæ crudæ erāt & in fundo adustionis signa ostendebāt. Montanus vt obstru-

*Uide sup pag. 620*